Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 108

, 247.

Laurentii Abb: Seitenstett: Schedula donat: 1395.

188a

f. 3.

Laurentii Abbatis Seitenstettensis Schedula donationis factae Joanni de Teya aõ 1395. de quodam fundo clausträli ad dies vitae sub certis conditionibus. Incipit: "Wir laurencius von gots genaden abpt". Agglutinata est asseri compactura, temporum, que injuria magnopere detrita. Non dubito, quin in Seminiis nostris servetur recondita.

Cod: CVIII.

Chartac: Fol: Saec: 15.

A. 5. 15.

1

Socci Sermon: de Sanctis, et Festivitat:

1a – 167a

Socci sermones de Sanctis, et Festivitatibus per annum. Titulus est: "Incipiunt sermones de Sanctis, et de Sanctis festivitatibus Xti magistri Socciü." De S. Andrea primus Sermo. Initium est: "Venite post me faciam vos &c: Mt 4to. Dicit Gregorius exponens verbum propositum". Ultimus Sermo est de Ss: Trinitate, in cujus calce apposuit scriptor: "Explicit Socius de Sanctis et aliqualiter de tempore de me, cipuis festivitatibus per manus Mathie Katzpeuh.

S 167

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 108

, 248.

Authorem istorum Sermonum non esse Wolfgangum Sagium /: quem Ludov: Schönleben Soccium appellat :/ circa annum 1573 Canonicum S. Stephani Viennae, (a) vel et descriptore Matthia Katzpekh liquet, qui iam ao 1709 Catholicon Joann: Januensis descripsit, ut videre est supra Codi: XCIX. Alius autem apud Eruditos Soccus nullus comparet; unde procul dubio Soccios illos Sermones praeoculis habemus; de quorum origine Carol: de Visch in Bibl: Script: Ord: Cister: p: 299 haec dicit; "Soccii Sermones per anni circulum a quodam egregio, S. theologiae professore, ordinis cisterciensis, conventus in Marienrayd /: Maria roda :/ prope Hildesheim conscripti fuerunt. Hic enim doctor /: ut habet praefatio ad dictos Sermones :/ cum esset ingenio clarus, et in Scriptura potens, nec non in componendis Sermonibus expeditissimus, indignum ducens talentum sibi a Deo praestitum, et infusam gratiam sine fructu perire, Sermones quosdam de tempore, et de Sanctis per anni circulum composuit. Verum quia humilis erat ingenito quodam rubore devictus, eosdem Sermones quoad vixit non praesumpsit publicare. Moritur tandem in grandaeva aetate, et fratres ejus cellulam emundantes, ibi ipsos Sermones in Soccis, seu Sotularibus ejus absconditos invenientes, gavisi de tanto thesauro, eos publicaverunt. At quia in Soccis inventi sunt, a re gesta Sermonibus nomen indiderunt, et Sermones Soccios intitulaverunt." Deinde eos incipere ait: "Exsurge a mortuis &c:" quod utique de Sermonibus de

(a) Script: Univers: Vienn: Sec: II.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 108

, 249.

tempore intelligendum venit. Mss: extant tribus, vel quatuor voluminibus in Bibl: ad Scotos Viennae. Jam est his sortis Matthias noster Katzpekius Magistrum Soc, cum infeliciter ratis creavit.

2

Sermones de Festis Domini, B:V:M: et Sanctorum per annum. Primus est de Ss: Trinitate, et incipit: "O altitudo divitiarum &c: Festum de Sancta Trinitate olim non fiebat ab Ecclesia." Quamvis nullum appareat de authore vestigium, ejusdem tamen esse, cujus sunt praecedentes, tam stili aequalitas, quam idem omnes fere Sermones inchoandi modus persuadent; nempe: Dicit Gregorius &c, dicit Bernardus, Dicit Chrysostomus &c,

Sermones de Sanctis Dñi, B:V:M: et Sanct: per annum.

1678 - 300 fl

Cod: CIX.

Chartac: Fol: Sec: 15.

A 5.16.

Breviarium Romanum ao 1489 scriptum, Salisburgensis, uti videtur Dioecesis. Primis tribus foliis aliena manus inscripsit: "Benedictiones per hebdoma, et psalmos de Apostolis. Dein ipsum Breviarium incipit de

Breviarium Romanum.

Liber Matth. Zol. Chorherrenstift.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 108

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27445

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)